

Dionysio Areopagitæ inscriptis. Quot in tanto numero ci-
vestui, primi etiam sub sellii, reperiuntur; qui spuriū
illum Dionysium de ponte præcipitem agunt? qui idem
Hagemanno fatum minantur, ominantur? Ejusdem,
quod est, nullius ponderis sunt Liturgiæ Apostolicæ;
quibus tamen ille incaute non minus quam secure niti-
tur. Nam non omnia, inquit Cardinalis Bellarminus (δ),
que in Liturgia habentur, defumta sunt ex DOMINI
exemplo aut precepto. Constat enim multa esse addita ab
aliis. Itaque probare deberent Graci aliquo testimonio,
(quod tamen non possent,) verba illa ex DOMINI ver-
bis aut factis manasse. Indignus enim est DOMINO, qui
aliter Mysterium celebrat, quam ab eo traditum est; non
enim potest devotus esse, qui aliter presumit, quam da-
tum est ab Autore. Quæ Ambrosii (ε) verba dum in
subsidium Bellarmini subjicio, nostram simul senten-
tiam contra Hagemannum idoneo teste confirmo. A
DOMINO enim panis Eucharisticus post cœnam repo-
situs & asservatus non fuit. Indignus proinde DOMI-
NO est, qui aliter Mysterium celebrat; imò sine DOMI-
NO, cum CHRISTUS (ζ) non sit sub hoc Sacra-
mento, nisi quatenus est ordinabilis ad usum humanum,
scilicet ad mandationem. Abeat itaque cum Triariis
(οδιοντ.) missa impetrare ut hanc scil.

mes multæ sunt, quibus ego adducor, ut credam libros
istos ψευδεπιγράφos esse. Aliæ in ipso librorum con-
textu & scriptione inharent, aliæ extrinsecus asser-
muntur; quas deinde per integra IX. folia pertendit
ac deducit.

(δ) *De Sacram. Eucharist. L. IV. cap. 3.* (θ)

(ε) *In I. Corint. II.* (χ)

(ζ) *Summa Angelica tit. de Eucharist. membr. 3. qu. 9.*